Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Dns regnauit decore indutus est. indutus ē dn̄s fortitudine & precinxit se ⁊

Et enim firmauit orbem ÷ terrae: qui non commouebitur ⁊

Parata sedes tua ex tunc a saeculo tu es ⁊

Eleuauerunt flumina dn̄e. eleuauer̄ flumina uocem suā ⁊

Eleuauerunt flumina fluctus suos: auocibus aquarū multarum ⁊

Mirabiles elationes maris. mirabilis in altis dn̄s ⁊

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. domū tuam decet sc̄itudo dn̄e in longitudine dierū ⁊

Firmauit orbem terrae. idest ecclesiam. ut in euangelio, tu es petrus. et super hanc petrum aedificabo ecclesiam meam, que non commouebitur ullatenus. quam uis per secutione frequenter uexetur ⁊

Flumina dn̄i sunt uidelicet apostoli. qui despū sc̄o potati sunt, quae merito uoces eleuatae dictae sunt. quoniam auctori. suas laudes saluturiter obtulerunt ⁊

Elationes maris. sapientes populos in ecclesia catholica sign̄t, quorum mirabiles elationes tunc fiunt. quando in mandatis dī firmamento consistunt, mirabilis in altis dn̄s. quando residet ad dexterum patris ⁊

Considerans prophetu regnaturum esse dn̄m. cum magna exultatione concelebrat, decorem induit. idest pulchritudinē suae maiestatis ostendit. quando transfiguratus est in monte corum discipulis, Indutus est dn̄s fortitudine. quia diabolum oppressit, et precinx̄ se. cum multitudine angelica circumdatus. remeauit ad patrem ⁊

Paratu est sedes. idest mens fidelium. sicut est. super quem requiescit sp̄s meus nisi super humilem et trementē et quietem, Extunc. id ab incarnatione xp̄i, a sc̄to. d̄itatē. quae coeterna regnans cum patre nescit eē sub tempore ⁊

Eleuauerunt flumina fluctus. idest apostoli sermones in riguos. ipsosque in praedicationibus erexere sc̄issimis, auocibus aquarum. gentes significat. quae ad catholicam fidem. dn̄m laudando conueniunt ⁊

Testimonia enim prophetarum nimis credibilia facta sunt. quia incarnatione dn̄i reuelata sunt. quae in sacris libris tenebantur occulta, domus ē utiq. uniuersalis eccl̄a